



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xlvj. Aduersus oculorum debilitationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

fumo infectum non fuerit, oculum lines.

*Ad inflammationem oculorum.*

**O**POBALSAMO oculum madefacito, & ipsius palatum illinito. Aut oleastri foliorum succus inflamationem reprimit & mitigat illitus. Aut anemone cum dulci vino cocta, oculo illita, inflammations reprimit.

*Ad repentinam inflammationem oculorum.*

**A**D portulacæ succum expressum, admisce opium & crocum, vtrunque quod satis sit, succoque oculos illine. Aut spongiam aceto, mulso tepido imbutam super oculum impone.

*Ad fluxiones oculorum adustione  
reprimendas.*

**S**VBVLA ænea candenti affectæ partis pellem, quæ super oculum est, adure, & ab oculo arcebis fluxionem.

*Aduersus oculorum debilitationem.*

**S**OVENT hebescere sepe accipitrum oculi, vel nimio fumo, vel acrimonia, vel molli pituita, cum defluxio multa & vche-

vehemens oculos vexat. curabis, si melle  
acapno illos inunxeris, croco, rotundi  
iunci flore, ou i liquore, marathri succo in-  
terdum in vinum mistis, nonnunquam  
etiam per se.

*Ad oculos qui ex offensione externa  
sanguine suffusi sunt.*

**P**VLLO columbino multas pinnas euel-  
lito, easque digitis exprimito, atque ex  
ipsis decidentem sanguinem in accipitris  
oculum instillato, post duos aut tres dies  
conturbatum oculum frequenter eluito  
rore, qui oletibus insidere solet.

*Ad suffusionem oculorum.*

**S**VFFUSIO appellatur, cum illæsi oculi  
apparent, & tamen non vident prædam.  
nempe in quorum partes interiores mate-  
ria crassa deciderit, impediens visum. Si  
igitur suffusos oculos habet, & frequentius  
similis dormienti id patitur, & tametsi  
apertos oculos habet, tamen non videt;  
mel & rosam ex fontis aqua fatis coquito,  
deinde hoc decocto per pinnam oculum  
illinito. Aut mellis acapni & fellis vultu-  
rini æquales partes sumito, hisque pinna

F